

fistulam fecit. Hunc Arcades colunt, eum uniuersae materiae dominum appellantes.

Deus Arcadiae Pan. Virgil. 10. eclog. 6.

Deus pecoris Pan. Ouid. 2. Fast. 55.

Custos ouium Pan. Virg. 1. Georg. 4.

Capripedes Panes. Propert. lib. 3. eleg. 17. 4.

Pinu praecincti cornua Panes. Ouid. 14. Metam. 128.

Montani Panes. Stat. 2. Sylu. 2. 22.

Senaiper Pan. Ouid. 14. Metam. 105.

Natum Panis ex Mercurio & Penelopa ferunt. Cic. 3. de Natur. deor. 76.

Pan, Latine incubus dicitur. Incubi uero sunt nocturna phantasmata, mortalibus terrorem incutientia.

¶ Panaces, huius panacis, penult. corr. n. g. uel Panax, panacis, f. g. (παῖσις) Herba, cuius succus opopanax uocatur: ἀπό τῆς παύτης ἀκρίβη, hoc est, a sanandis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3. 24, Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit: numerosum, & dijs inuentoribus ascriptum. Colum. lib. 11. cap. 3. 24, Panax utroque tempore leui & subacta terra rarissime differtur. Plinius libro 19. cap. 12, Panax piperis saporem reddit. Lucret. libro 4. 25.

¶ Panacea, huius panaceae, pen. prod. Idem (παράκου) Lucan. lib. 9. 184,

Et panacea potens, & Thessala centaurea. Virgil. 12. Aeneid. 84,

Ambrosiae succos, & odoriferam panaceam. Vbi Seru. Panaceam genus herbae. Sciendum tamen, Lucretium panaceam ubique saltem dicere: unde possumus etiam hoc loco saltem intelligere: nam omnem pellit dolorem. Sed melius herbam, quia ait odoriferam.

Panagyres] Conuentus & sacrum, quod quinto quoque anno Athenis in Neptuni templo Heliconij ab uniuersis Ionibus fit. Panionia Alexandro lib. 5. capite 7, Et panagyres Athenis quinto quoque anno, atque in Neptuni templo Heliconij ab uniuersis Ionibus conuentus & sacrum fit, quod uocant Panioniam.

Panætius] παῖσιος, Rhodius, Stoicus philosophus, quasi totus moralis, praceptor Scipionis Africani, decessit Athenis: scripsit de Officijs, unde Cicero suos libros est mutatus. Fuit alter Panætius senior, item Rhodius: cuius inter philosophos multa mentio, scriptaque feruntur. Suidas.

Libri nobiles Paneti. Horat. 1. Carm. ode. 29. 3.

Panætolum] panetolij (παῖσιος) Vniuersae Aetoliae concilium. Liu. lib. 1. bel. Maced. 106, Concilium Aetolorum statuta die, quod Panætolum uocant, futurum erat.

¶ Panætolicus, pen. cor. Adiect. (παῖσιος) Liu. lib. 1. bell. Maced. 126, Quum legibus cautum esset, ne de pace belloque nisi in panætolico, & pylaico concilio ageretur.

Panaxus] pictor Phidiae frater, pinxit praelium Atheniensium apud Marathoniam factum. Plinius libro 35. cap. 8. Induxit & Mineruae tectorium lacte & croco subactum. Plin. lib. 36. cap. 23.

Panagaea Diana] Prouerbio dicebatur olim, peregrinationem impensius amans, et rabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana uagari dicitur apud poetas, & per nemora montesque oberrare. Quin domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos, ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Panareus] penult. corr. (παῖσιος) dici potest omnium uirtutum continens. παῖσιος enim totum significet, ἀρετή uirtus. Martialis libro 6. 89, Arguto madidus pollice panareus.

Panarium] Vide Panis.

Panathenaea] Panathenaeorum, plur. nū. g. n. (παναθηναίων)

Quinquatria Mineruae festa: unde apud Ciceronem in Orat. 22, Panathenaeus liber ab Isocrate scriptus. Huiusmodi festis pepulum Mineruae ferebatur, & singulis lustris fieri solebant, in quibus solenni carmine per tubicinem & praconem ludicrum indicebatur, nudique ad certandum ingrediebantur athletae: neque congressuri cum quo certare eligebant, sed cum primo prodeunte congregandum erat. Neque ad spectandum mulieres, praeter unam Pherenicem, quae mater, filia, & soror Olympionicarum fuit, & Cereis sacerdotes mulieres admittebant. In Panathenaeis quoque pueri puellaeque, forma conspicui, manibus amplexi, nunc in orbem, nunc in obliquum, per diuersos flexus, pyrrhicam in theatro saltabant. Alexand. Neapolit. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 19. Erant & alia Panathenaea festa, quae quotannis iterabantur, auctore Suida: ad quorum differentiam illa Quinquatria magna dicebantur, teste Platone in Eutiph. Panathenaeorum celebritas inducta est primo ab Erichthonio quum uicatum disiectum Atheniensium populum in ciuitatem euocasset. Ex Celio lib. 11. cap. 27.

Panathenaeicon] παναθηναϊκόν. Genus unguenti, quod (ut Plinius lib. 13. cap. 1. inquit.) Athenae perseueranter obtinere.

Panax] Herbae nomen apud Galen. lib. 8. de simplicium medica facultatibus, cap. 35. 36. 37. Eius tria sunt genera, Heraclaeum, Asclepeium, & Cheironcium: quae omnia ex calfs cere idem Galenus ait.

Pancarpia] dicuntur coronae ex uario genere florum factae. Festus.

Pancarpon] πανκαρπών. Genus est spectaculi, quasi omnium arborum fructibus concinnata sylua, apud imperatorem in Nouell. de consulibus. §. ac primus quidem.

Panchaei] πανχαιοί, populi, qui ut Pomponius refert lib. 3. deserti Libyae habitant, qui & Ophiophagi uocantur, quoniam serpentibus uescantur. Hi ab illis uocantur Candei.

Panchaia] πανχαια, quasi tota dehiscens, regio Arabiae, tota arenosa, in qua arbores sponte natae ihus emittunt. Virgil. 2. Georg. 28,

Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis. Seruius scribit Panchaiam, Arabiam, & Sabaeorum gentem eandem esse, apud quam nascitur ihus.

Diues Panchaia. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 5.

¶ Panchaeus, πανχαιός, Adiectiuum: ut,

Cinnama Panchaea. Claud. de nuptijs Honorij, 19.

Arx Panchaea. Valer. 1. Argon. 116.

¶ Panchaeus, pen. corr. Aliud adiect. (πανχαιός) ut,

Tellus Panchaica. Ouid. 10. Metam. 62.

¶ Panchia rura, quae & ubi sint uide apud Strabonem lib. 7. ubi inquit: Apud Eubemerum rura Panchia.

Panchrestum] panchrestum (πανχρηστόν) medicamentum nobile, quod Latine dici potest omnibus conductibile, uel omnibus affectibus utile. Cic. 5. Verr. 128, Aduentu L. Metelli Praetoris quam omnes eius comites iste sibi suo isto panchresto medicamento amicos redemisset, aditum est ad Metellum, & eductus est Apronius. Plin. lib. 36. cap. 20. 2.

Pancration] quidam Pancratium, Herba apud Galenum libro 8. de simplic. medica. facultatibus, cap. 32. uide & Dioscoridem lib. 2. cap. 168.

Pancratium] pancratij (πανκρατίον) quasi omnia potens, Ludus gymnicus, quinquertio constans. Propert. lib. 3. eleg. 14. 2,

Puluerulentaque ad extremas dat sexmina metas,

Et patitur duro uulnera pancraio. Est aut Pancrationis

ex